



# Dissertatio medica exhibens duos casus febris intermittentis comitatae

<https://hdl.handle.net/1874/320809>

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

EXHIBENS

DUOS CASUS FEBRIS INTERMITTENTIS COMITATAE,

THE HISTORY OF  
THE CHURCH OF  
ENGLAND  
BY  
JOHN LAMBERT,  
CLERIC OF THE CHURCH OF ENGLAND,  
AND  
LATE MEMBER OF THE HOUSE OF COMMONS.  
IN  
THREE VOLUMES.  
VOLUME THE FIRST.  
LONDON:  
PRINTED FOR J. DODSLEY,  
AT THE SIGN OF THE  
ANGLO-SAXON,  
IN PATERNOSTER-ROW;  
1780.

DISSERTATIO MEDICA INAUGURALIS,

EXHIBENS

**DUOS CASUS FEBRIS INTERMITTENTIS COMITATAE,**

QUAM,

FAVENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI,

**BARTH. JAC. LINTELO DE GEER,**

JUR. UTR. DOCT. ET PROF. EXTRAORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

**Pro Gradu Doctoratus,**

SUMMISQUE IN MEDICINA

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS,

**IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,**

RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

**JACOBUS DELMONTE LYON,**

*Surinamensis.*

A. D. XXI. M. MAI. A. MDCCCL. HCRA. V.

TRAJECTI AD RHENUM,

APUD J. DE KRUIJFF.

M D C C C L.



P A T R I

OPTIMO, CARISSIMO,

P I A E M E M O R I A E

M. A. W I T T E R I N G

TUTORIS, FAUTORIS AESTUMATISSIMI,

V I R O C L A R I S S I M O

L. C. V A N G O U D O E V E R

P R O M O T O R I CONJUNCTISSIMO,

P R A E C E P T O R I B U S,

Q U O S C U N Q U E H A B U I ,

A E S T U M A T I S S I M I S , M A X I M E D E M E M E R I T I S

E T

A M I C I S .

H A S C E S T U D I O R U M S U O R U M P R I M I T I A S

D. D. D.

A U C T O R.

ПАП

ДЛЯ КИЕВСКОГО

І. С. ІВАН СЕРДОЧНИК

ВІД 1745 ЗАЛІЧ

## CASUS PRIMUS.

---

Die Saturni (9 Septembris anni 1849) hora post  
meridiana prima medici auxilium invocabatur apud  
paupcrem quandam mulierem, mediae aetatis, quae  
adveniente eo, in sequenti versabatur conditione. Aegra  
in lecto sedebat, summo orthopnoeae gradu affecta,  
facie inflata, oculis anxiis, nunc hic, nunc illic ver-  
sis, lingua incrassata, multo sedimento tecta, labiis  
coeruleis, respiratione brevi, difficillima, sibilante;  
anxietas adest vehemens, quâ mulier caput postrorum  
retrahere cogitur; loquendi potentia, verbo vehe-  
mens asthmatis spasmodici accessus. Pulsus frequens  
est, contractus, cutis satis calida, a capite ad pe-

des usque maculis tecta petechiarum speciem prorsus p<sup>r</sup>ae se ferentibus, a quibus in eo tantum distinguebantur, quod laetius ruberent; nonnullae at tactui quodammodo asperae, pleraeque tamen laeves erant, digiti pressione pallescabant, neque tamen evanescabant. Ipsa aegra, uti palet, ne minimam dare illucidationem poterat, sequentia autem enarrabant adstantes: mulier triginta duos annos nata est, mater quinque liberorum, sana, periodicos si excipias anxietatis, aliquando vehementissimos, accessus, plerumque tristi vel mutabili aëris temperie eam invadentes, raro ultra viginti quatuor horas durantes, et ex descriptione asthmatis spasmodici nomine salutandos. Certiores fieri non potuimus, utrum accessus illi cum menstruationis periodis coinciderent, necne, postea tamen e muliere audivimus hoc non ita esse; duos abhinc dies maculae tales rubrae in cute apparuerunt, mulierque valde fuit dyspnœica; heri melius sese habuit, sed hodie, primo matutino tempore, maculae redibant, pri-  
mum in facie, deinde brevissimo temporis spatio per totum corpus, nunc fere eodem momento anxie-  
tas exsurgebat, quae, uti nobis narrabatur, mane  
intensior adhuc fuit quam cum ipsi adveniebamus.

Post exanthematis eruptionem aegra diu friguit.  
Nocte menses apparuerunt, effluxum servabant normalem; rogata utrum nauseosa esset, aegra nutans negabat. Alvum ultimis elapsis horis non depositum.

Quamquam aegrae pectus stethoscopii ope investigare non potuimus, nullum tamen nobis erat dubium circa pectoris affectus naturam. Praescribebatur pulvis de extracti Belladonnae grano dimidio, cui, ut simul fieret revulsio in tractum intestinalorum quatuor grana mercurii dulcis addebatur; sanguinis detracções non indicatae nobis videbantur, in primis ob praesentem mensium fluxum, atque pulveris effectum exspectare maluimus, qui etiam ab omni parte scopo proposito respondebat, per quam brevi saltem post assumptum pulverem anxietas omnis fere evanuit. Quarta post meridiem hora mulier sudare incepit, petechiae nunc magis magisque evanescunt, ita ut, quum hora sexta vespertina adveniebamus, ne vestigium earum adesset; cessabant etiam sudores, pulsus ad normam redierat, facies quieta est, lingua sedimento adhuc tecta, multo minus crassa tamen, loquela non amplius impedita, respiratio facilis; brevi elapso temporis spatio alvus copiosa deposita est, quâcum simul urina missa est.

Die Solis (10 m. Septembris) mulier bene sese habet, respiratio tamen interdum parumper sibilans est; hodie tamen certos nos fecimus, morbum nullum organicum in pectore adesse, quantum hoc saltem cum certitudine statui potest.

Nocte diem solis et lunae inter paullo maturius quam priori vice omnia enumerata symptomata denuo et quidem ordine eodem exsurgunt. Primo noctis initio apparent petechiae, brevi post anxietas et frigus satis intensem per integrum horam; uti antea loquela impedita, orthopnoea, respiratio pipiens, facies intumescens, verbo omnia, quae jam enumeravimus; nobis tantum mane advenientibus anxietas parumper minus vehemens videbatur, quam priori accessu. Mensium fluxus nunc etiam adhuc normalis erat. Praescribebatur nihil praeter Julapium.

Post meridiem, paullo maturius quam die Saturni anxietas sensim remittebat, non prorsus tamen, aegra sudare incipiebat, petechiae evanescebant; vespere, quum ne vestigium petechiarum amplius adisset, mulier bene sese habet, praeter modicam anxietatem et magnam defatigationem. Urina aliquod post febrem tempus missa, sedimentum ostendit latericum.

Die Martis (12 m. Septembris.) Matutino tem-

pore mulier uti die solis a febre et anxietate libera erat. Alvum depositus; lingua obsessa quidem, sed minus intense, sapor non depravatus.

Hoc die duodecim granis Sulphatis Chinini pulverum formâ ultur.

Die Mercurii (13 m. Sept.) Aegram videntes, bene sese habentem invenimus; anxietas non aderat neque petechiae; lingua sine ullo sedimento, sapor bonus, nihil nunc aderat, praeter pulsuum frequentiam paullo majorem, quam normae congruit, et sensus coenaesthesiae vitiatae, uti post chininum assumptum tam saepe observatur. Post hocce tempus mulier perfecte bene sese habere pergit; altera hebdomade, prudentiae caussâ iterum duodecim sulphatis Chinini grana, intra quatuo dies assumenda, ei praescribuntur.

#### E P I C R I S I S.

Quem supra tradidimus, casus morbi ad rarissimos omnino pertinet, et frustra apud plerosque autores, alias ei similes casus, quaesivimus. Primum morbi symptomata et decursum, uti nobis sese offebant, considerare volumus, et deinde, quae apud

alios circa nostrum argumentum inveniuntur, indicabimus.

Morbi naturam certo determinare jam prima, quā aegram vidi<sup>m</sup>us, vice fieri nullo modo potuit: asthma adesse constabat; aeque certum erat, maculas adesse petechiales; attamen imo postquam accessus a fri- gore obortus cum sudoribus terminatus erat, hic febrem intermittentem tertianam comitata dari nondum sine dubio affirmari potuit; ex adstantium quidem ore (ipsa mulier loquendi impar erat) audi- vimus, mulierem duos ante dies anxiam fuisse, et per plures horas maculas rubras in cute adfuisse; at vero plura audire nequivimus; sequenti die melius sese habuerat aegra, utrum autem tunc a febre vacua fuisse, nobis non patuit; urina post accessum excreta cum faecibus remota erat, ut etiam hocce crit- rīo careremus. Quamquam igitur omnino probabile erat revera subesse febrem intermittentem tertianam, melius tamen nobis visum est alterum exspectare accessum, quum vita scilicet nondum pericitaretur.

Atque hic quidem non desuit, et post duos dies omnia symptomata iterum apparuerunt, et quidem, ut vidimus, eodem omnino ordine; asthmatis tan- tum accessus aliquantulum minus vehementer esse vi-

debatur. Urina cum sedimento lateritio diagnosin magis adhuc firmabat, uti postea effectus sulphatis chinini administrati.

Quod autem mulieris asthma spasmodicum attinet, primum suspicio nobis oborta est, illud fortasse nexus alere cum menstruatione, quum primus accessus duos fere dies ante quam mensium fluxus expectabatur, invaserit, alter autem eodem fere tempore, quo revera apparuerunt. Jam statim autem audivimus mulierem talibus accessibus saepius esse obnoxiam, eam irregularibus periodis, plerumque tristi vel mutabili temperie, invadentibus, saepe vehementissimis, raro autem ultra viginti quatuor horas durantibus, dum ipsa aegra, recuperata loquendi facultate asseverabat accessus cum menstruationis periodis minime esse conjunctos.

Quaenam vero asthmatis caussa fuit? Hoc hic effici non potuit, uti saepius omnino in asthmate spasmodico occurrit.

Extra paroxysmos mulier sana erat, neque vestigium pectoris morbi praese ferebat, dum accurata investigatio, percussionis et stethoscopii ope instituta, nil indicabat, quo vitium organicum adesse probaretur. Nostro in casu asthmatis spasmodici par-

oxysmum febre intermittente esse excitatum facile liquet; ter enim alterno die anxietas eodem fere tempore quo frigus febrile exsurgebat, minori quadam vehementia per caloris stadium protrahebatur, ut in ultimo stadio evanesceret. Caussa igitur in eo quaerenda esse videtur, quod potentia nociva, quae in medullam spinalem agens, morbos provocat periodicum typum servantes, non uti vulgo ad unum locum adstricta fuerit, sed ad nervi vagi fibrillarum originem extensa, has sympathiae lege afficerit; ratione et quum aegra tali affectui magis praedisposita esset, quam caeteri febre intermittente laborantes, irritatis radicibus illis, asthma denuo provocatum est, teste ejus decursu periodico febris illi conveniente.

Aliud phaenomenon, cui animus advertendus est, maculae sunt, quarum tamen explicationem sufficientem dare non valemus. Paullo ante febris accessus invasionem maculae illae primum in facie, deinde per totum corpus apparebant; cum petechiis vulgaribus, si excipias tantum colorem magis rubrum scilicet, ab omni parte perfecte similes erant; nonnullae tamen etiam quodammodo asperae attactui erant; veras tamen petechias non fuisse ex eo patet

quod post aliquot horas evanuerant, nullis relictis vestigiis, post duos dies iterum redditurae.

Initio in mentem nobis venire potuisset dyscrasiam, et quidem scorbuticam, adesse; aegra scilicet pauperrima erat, vitam vagam degens, immunda, pravo victu uti consueta; at praeterea, quod nulla alia adasset ratio talis dyscrasiae suspicandae, ex macularum evanescentia patuit eandem non adesse, uti etiam postea nullum omnino dyscrasiae scorbuticae symptoma observari potuit. Minime tamen ne-gandum est, plures hujusmodi accessus si exspectavissimus, verum fortasse morbum maculosum ortum fuisse.

Sanguinis extravasatio sub epidermidem, uti in morbo maculoso, adfuisse non potest, sed uti in aliis morbis exanthematicis acutis, scarlatina, morbillis, caeteris, sanguinem in cutis vasis capillaribus retentum esse necesse est.

Fatendum tamen nobis est, nos macularum eruptionis caussam indicare non valere; eruptio scilicet fiebat jam ante frigoris stadii initium, tempore igitur, quo nulla ad cutem sanguinis congestio dabatur, dum etiam in caloris stadio maculae neque majores neque intensius coloratae, quam in priori febris

stadio erant. Criticam dignitatem in nostro casu maculas istas non habuisse, satis liquet.

Multos auctores, uti <sup>1)</sup> TORTI, <sup>2)</sup> MORTON, <sup>3)</sup> WERLHOF, <sup>4)</sup> PINEL, alios, consuluimus, nullum tamen casum cum nostro convenientem invenimus, praeterquam in opere dicto: *Dictionnaire des Sciences Médicales*, ubi sequentia dicuntur: «COMPARETTI et ALIBERT ont observé une fièvre pernicieuse dont les accès étaient marqués par des tâches rouges qui disparaissaient durant les intermissions. Il y avait en même temps des mouvements convulsifs et une grande anxiété, la respiration était stertoreuse, un froid glacial frappait les membres.»

<sup>5)</sup> ALIBERTIUM consuluimus, apud quem sequentia invenimus. «On y remarquait» (agens de epidemia quae anno 1652 Hafniam infestabat) «sans doute un délire continual et des céphalalgies intolérables; mais il se manifestait à un plus haut degré encore des tâches

1) FRANC. TORTI, Therapeutic. special. ad febres pernicios. period.

2) RICH. MORTON, Opera Medic. tom. III. de febribus.

3) PAUL. GOTTL. WERLHOF, Observ. de febrib.

4) PR. PINEL, Nosograph. philosoph. tom. I. Paris 1818.

5) I. L. ALIBERT, Dissertation sur les fièvres intermitt. pernic. pag. 96, § XLVII.

« pétéchiales qui paraissaient à chaque accès et  
« s'éclipsaient à chaque intermission. » —

Quod attinet ad COMPARETTUM, quum hujus  
scripta non ad manus habuerimus, ejus observationes  
comparare nobis non licuit.

CANSTATT<sup>1)</sup> inter febres intermittentes comitatas  
petechiale etiam quandam nomine tantum com-  
memorat, nec tamen plura de eadem referens.

Prognosis vulgo in iis casibus, qui febris inter-  
mittentis petechialis nomine insigniuntur, infaustissima  
ferri solet; notandum tamen id ubique de  
iis casibus perniciosis valere quales supra retulimus  
ex laudatis auctoribus; sic<sup>2)</sup> ALIBERT: « On a con-  
sidéré avec raison comme très-fâcheuses les tâches  
« pétéchiales qui surviennent quelquefois dans le cours  
« des ataxiques intermittentes, parcequ'elles annon-  
« cent une complication grave de ces fièvres avec  
« les symptômes propres aux fièvres adynamiques. »  
Et paullo infra: « les subintrantes tierces et double-  
« tierces, que J. L. APINUS eût occasion d'observer à  
« Herspruch, dans la Norique, (en 1694 et en 1695)

1) DR. CARL CANSTATT, Handb. der Medic. Klinik. Bd. II. S. 316.

2) I. I. pag. 130, § XCIV.

«ne furent jamais plus terribles dans leurs ravages,  
 «que lorsque ce symptôme (tâches pétéchiales) se  
 «declara sur la fin de l'épidémie.»

Sic etiam<sup>1)</sup> medici Vratislavienses mentionem faciunt de infasto harum febrium intermittentium exitu, in quibus maculae istae sese ostendebant; dum post morbos hisce malis symptomatibus stipatos, semper apud paucos in sanitatem restitutos, quum exanthema evanuit, color sordidus et pallidus supererat, simul cum pruritu et oedeme artuum inferiorum.

Curationem tandem quod ad nostrum casum attinet, extracti Belladonnae administratio symptomaticae nitebatur indicationi, hoc tempore scilicet de cura palliativa sola sermo esse potuit; et spei prorsus respondebat eventus, quum brevissime post assumptum medicamentum respiratio liberior reddita est et anxietas maximam partem evanuit; caeterum nunc, dubitantes quemnam demum morbum ante oculos haberemus, nihil aliud nobis supererat praeter exspectationem ulterioris morbi decursus.

---

1) Hist. morbi Vratisl. ann. MDCXCIX et MDCCII fol. 344.

Mercurium dulcem extracto Belladonnae addidimus ut simul ad tractum intestinorum fieret revulsio.

Universalem sanguinis detractionem instituere hoc in casu nobis non indicatum esse videbatur, primo quia durante nocte mensium fluxus fieri inceperat, atque per accessum haud interruptae effluere pergebant, igiturque jam quodammodo depletionis arte factae locum excipere poterant; ab altera parte autem facile tali deplectione instituta turbari potuisserunt; tandem nostro in casu a sanguinis emissione artificiali parum auxili erat sperandum, quum sanguinis fluxus normalis ne minimam attulerit allevationem, satis insuper notum est, in genere sanguinis detractiones in neurosibus, quibus etiam asthma spasmodicum est adscribendum, non prodesse, at praecipuae venaesectionem instituere vetantes conditiones, ex nostra sententia, in eo erant positae, quod morbi natura nobis incognita erat, quum maculae revera petechiae esse poterant, scorbuticae scilicet dyscrasiae vel morbi maculosi symptomata, aegracque igitur conditionem sanguinis detractione in pejus potius, quam in melius duceremus. Celeris extracti Belladonnae effectus sanguinis emissionem brevi superfluam fecit.

Fortasse satis temere videbitur, nos primo paroxysmo peracto, dum ante duos dies similis paroxysmus adfuisse nobis dicebatur, non statim post finitum accessum sulphatem Chinini administravisse, tertiumque paroxysmum exspectavisse. Ita egimus, ut perfecta nobis fieret de morbi natura certitudo; attamen sine dubio absque perfecta illa certitudine sulphatem Chinini praescripsissemus, si nobis visum fuisset, revera vitam immineri; credidimus tuto hoc in casu novum paroxysmum exspectari potuisse.

Dosis, quam praescripsimus, non magna erat, et profecto minor quam vulgo praescribi solet in febris intermittentibus comitatis, in quibus ab omni periculo tuti agere volumus; in nostro casu duodecim grana nobis sufficere videbantur, quia febris intermittens, comitata licet, stadia sua tamen ordine solito percurrit, paroxysmi non diu durabant, igiturque dosin satis magnam futuram exspectare nobis licebat, tum insuper morbum simul et semel penitus tollere hic non adeo urgebat, et si jam dosis non sufficeret ad totum morbum tollendum, tamen cum certitudine satis magna exspectare possemus, paroxysmorum vehementiam fractam esse futuram. Scilicet observatione non indignum fuisset, si par-

oxysmos illos vehementes, asthmate et maeulis petechias simulantibus stipatos, levior febris intermittentis paroxysmus secutus esset sine phaenomenis illis fortuitis. Res tamen non ita sese habuit, quum, uti vidimus, dosis administrata febrem penitus sustulerit.

## CASUS SECUNDUS.

---

Quaedam Israëlista , nomine DE JONG , annos nata quinquaginta tres , satis debilis , nervosae admodum constitutionis , ultimo elapso tempore , tum rerum domi angustia , tum conjugis interitu , valde de pressa , ceterum agilis erat et mobilis. Die mensis Maji undecima anni 1847 post meridiem intenso corripiebatur frigore , gravibus capitis et lumborum doloribus comitato ; quum adveniebamus dolor in capite et lumbis vehemens adhuc erat , sicuti in artibus , cutis calida , pulsus admodum frequens , neque plenus vel durns , neque magnus , lingua parumper nimis vividi ruboris , satis sicca , sine

sedimento, sapor non depravatus, sitis multa; alvi depositio hue usque non recedit a norma. Foemina matutino adhuc tempore fere nullum morbi symptoma percepit; uti nobis dicebatur, urina clara erat. Julapium praescripsimus de Aceto Vini, sinapis mos insuper ad suras, neque tamen epithemata frigida in capite, quum scilicet sanguinis congestio ad cerebrum non magna esset.

Die 12 m. Maji. Aegrae accedentes audivimus febrem per noctem perstisset; foemina inquietudine vexata fuerat; mane parumper sudaverat. Conditio nobis tunc faustior esse videbatur, lingua scilicet humidiore, capitis lumborumque dolore multum imminuto, pulsu parum modo accelerato; mulier optime sui conscientia debilitatem accusat; urina non servata est, uti dicebatur, clara erat sine sedimento; alvum non depositus aegra.

Usque ad horam post meridiem sextam conditio fere eadem fuit; tunc absque manifesto frigore praegresso vehemens invasit febris accessus; delirium adest sine congestione.

Die 13 m. Maji.—Aegra per totam noctem deliraverat, febris vehementiam matutino tempore imminutam quidem habemus, pulsus tamen frequens

adhuc est, satis parvus; capitis et artuum dolores gravissimi etiam nunc sunt; aegra inquieta est; lingua rubra, sicca; cutis calida, madida; adest debilitas; symptomata nervosa nunc non adsunt; urina brunea, sine sedimento. Aegra in julapii usu pergebat. Quum alvi depositio nondum secuta esset, olei Ricini cochlear aegrae administrari jussimus.

Vespere. Olei Ricini usum alvi depositio secuta est; febris versus primum tempus vespertinum remissionem fecit, pulsus tamen frequentior quam oportet.

Die 14 m. Maji. Nocte aegra inquieta fuerat; febris pauca; foemina multum debilior est; lingua humidior; capitis lumborumque dolores multum imminuti; urinam, simul cum faecibus excretam, hanc ob caussam conspicere non possumus; mulier sese admodum agram esse percipit. Pro usu interno praescribitur haecce mixtura:

Rp. Decoct. albi Sydenh. unc. xij.

Acet. Vini. unc. j.

Syr. comm. unc. β.

m. d. s. o. h. c.

Post meridiem, eodem fere tempore, quo die Maji 12 febris rediit; mulier delirat.

Die 15 m. Maji, mane aegram in conditione sequenti versantem invenimus: facies collapsa est; oculi splendore orbati; lingua rubra, sicca; cutis calida, modice tamen sicca; pulsus parvus, debilis, frequens; adest subsultus tendinum; abest delirium; urina profunde colorata, non turbida, sine sedimento. In usu decocti albi Sydenhami ad unciam unam omni hora pergendum esse statuimus.

Hora vespertina sexta et dimidia febris accessus desiit; capitis lumborumque dolor minor est; aegra praetermodum debilitata esse videtur; facies pallida est, valde collapsa; oculi insolito gradu splendorem amiserunt; pulsus parum quidem acceleratus, sed debilis admodum et parvus est; cutis satis frigida, aliquantulum viscida. Ob hancce cutis conditio-  
nem et propter metum ne instaret collapsus, Cam-  
phoram praescripsimus simul cum Sulphate Chinini;  
quia nunc satis perspicuum est vel febrem intermit-  
tentem perniciosa vel febrem typhoideam, periculosa  
quadam febris intermittentis specie complicatam, no-  
bis ante oculos esse. Formulam praescripsimus se-  
quentem:

Rp. Sulphat. Chinin. gr. x.

Camphorae gr. vij.

Saech. albiss. dr. ij.

m. f. pulv. aeq. N<sup>o</sup>. x.

d. s. o. h. pulv.

ita ut primis horis, quum nobis non adasset metus novum accessum tam brevi instare, quavis hora uno grano Sulphatis Chinini, cum dimidio et quot excedit grano Camphorae uteretur, ut postero mane dosis augeri posset.

Die 16 m. Maji. Iam duobus assumptis pulveribus Camphorae effectus manifestus erat, mulier per noctem tranquilla fuit; subinde dormivit, ejusque conditionem multo meliorem habuimus quam die superiori. Perfecta apyrexia non erat, sed pulsus satis sedatus, minus parvus; oculi multo magis naturali splendore gaudent; cephalalgia aliqua adest; cutis calidior est, parumper madida, nec tamen attactui ingrata; aegra multo alacrior et clarior est in verbis faciendis; urina profunde colorata est, sine sedimento. Hora matutina septima quatuor adhuc supererant pulverum praescriptorum; quum enim mulier subinde dormiverit, non valde accurati fuerunt custodes in administrando medicamento; horum pulverum nunc unum omni semihora propinare jubemus, atque sequentem facimus praescriptionem:

Rp. Sulphat. Chinini gr. xij.

Camphorae gr. vj.

Sacch. albiss. scr. iv.

m. f. pulv. N<sup>o</sup>. vj. d. s. o. h. pulv.

Postquam aegra adhuc duos horum ultimum praescriptorum pulverum assumpserat, ita ut in totum quatuordecim Sulphatis Chinini et octo Camphorae granis usa esset, hora antemeridiana undecima febris accessus exsurgit a frigore ordiens, quod sequitur calor cum siti intensa, lingua non valde sicca, sine delirio, nec ullis symptomatibus nervosis, brevi abiens in sudores non nimis profusos.

Vespere hora octava, febris fere desit; fuerat, uno verbo, vulgaris haud intensus febris intermittentis accessus. Quum nudio tertio (die 14 m. Maji) mane alvus ultimum deposita fuerit, aegrae dimidium olei Ricini coquilearem administravimus, quo post paucas horas sedes normales provocabantur.

Die 17 m. Maji. Mulier noctem peregit tranquilla; matutino tempore reliquos pulveres sumere incepit, ita ut versus meridiem in totum viginti et duobus Sulphatis Chinini ac duodecim Camphorae granis usa sit. Nobis advenientibus in sequenti versabatur conditione: simulac nos conspiciebat, sub-

sedit in lecto; facies placida; oculorum expressio multo melior, lux aegrae non incommoda, nisi oculo dextro parumper per duos dies scilicet leviori syndesmitide affecto; mentis facultates penitus illaesae; aegra omnes motus facile perficit; debilitatem, si excipias, optime sese habet, nec ullo usquam vexatur dolore; cutis calida, minime ardens; pulsus mollis, non amplius parvus tamen, non aginta fere ictuum quavis hora minuta. Pergit hodie in usu solius decocti albi Sydenhami. Pulsus sensim sensimque sedatur; in urina, profunde adhuc colorata, nullum percipitur sedimentum.

Vespere pulsus frequentia normalem parum tantum superabat; respiratio regularis, non accelerata; mulier praeter cephalalgiam leviorem bene sese habet; lingua humidior est quam mane, in medio tamen stria adhuc secca adest; urina justo profundius adhuc colorata, muco turbida neque tamen sedimento stipata.

Die 18 m. Maji. Narrat mulier se nocte diu friguisse, atque credit febrem aliquam sibi adfuisse; pulsus parum tantum acceleratus est; linguae media pars siccior; urina profundius colorata quam heri, magis minusve hypostatica.

Vespere pulsus multum magis sedatus erat et ab hoc inde tempore mulier a febre libera mansit; evanuit cephalalgia; syndesmitis sub usu externo aq. Rosarum sanabatur; rediit appetitus, cibos bene ferebat; stria sicca in lingua pedetentim evanescebat.

Die 22 m. Maji. Conditio multum emendata; lingua ubique humida quodammodo adhuc rubet, nitetque; quum tamen de nulla ventriculi vel et oesophagi irritatione constaret, mulier autem debilis maneret multamque a decocto albo haberet aversionem, sequens ipsi praescripsimus medicamentum:

Rp. Cortic. Peruv. fusc. unc.  $\beta$ .

Coq. l. a. ad col. unc. viij.

adde

Syrup. commun. unc.  $\beta$ .

m. d. s. o. h. c.

Utebatur hocce per panceos dies; lingua interim penitus ad normam rediit, aegraque ab omni parte bene sese gerit, excepto die 25 m. Maji, quo scilicet febris admonitionem percepit, quae quamvis postea non redierit, tamen die 30 m. Maji prudentiae caussa sequens ei praescribitur formula:

Rp. Sulphat. Chinin. gr. xij.

Extract. Liquir. q. s.

ut fiant pil. N°. xij. d. s. 3 d. d. p. i.

ita ut quovis die tria grana assumeret. Mulier  
ad hunc usque diem (15 m. Junii 1847) perfecta  
gavisa est sanitate.

### E P I C R I S I S.

Qualis erat morbus, qui sese nobis hic offerebat?  
Num typhus genuinus, an typhus febreintermittens  
complicatus? an denique vera febris intermittens  
symptomatibus typhosis comitata?

Illi profecto qui Chinini usum in typho commen-  
dant, facile primam sententiam amplecti proclives  
fuissent, morbumque febrem typhoideam remissi-  
onibus notabilibus stipatam, igiturque Chinino, cum  
eventu verosimiliter felici, debellandam salutassent;  
nos autem credimus simplicem febrem intermitten-  
tem ante oculos habuisse, et hancce sententiam  
veritati congruam esse probare conabimur, breviter  
iis rebus indagandis, quae aegrae acciderunt.

Tempore quo medicus in auxilium vocatus pri-  
mum aegram aggrediebatur certam statuere diagnosi-

non potuit; attamen tum ex symptomatibus praesentibus, tum ex eo, quod tunc temporis gravis typhi epidemia Trajecti ad Rhenum grassabatur, admodum probabile erat revera typhum incipientem hic adesse. Verum omnino est morbi initium non consentaneum esse descriptioni, qualem de eo dedit<sup>1)</sup> PINEL dicens: « L'époque inflammatoire de HILDENBRAND « dans le typhus régulier se débute par un frisson en- « tremé de bouffées de chaleur, accompagnées de « horripilations très-fortes, surtout dans le dos, au- « quel succède une chaleur sensible au tact, et fa- « tigante pour le malade, avec ce sentiment parti- « culier, que toutes les régions du corps qui se « trouvent découvertes sont le siège de frissons, et « que celles qu'on recouvre soigneusement font éprou- « ver de l'anxiété et une chaleur inquiétante. La « soif et l'appétence des boissons froides et acides « accompagnent constamment cet état, auquel les « symptômes suivans donnent surtout le caractère « inflammatoire: pouls fréquent, plein, fort, tout au « plus resserré, jamais réellement faible, la force

---

1) PH. PINEL. Nosographie Philosophique, ou la Méthode de l'analyse appliquée à la médecine, Tom. I, pag. 447.

«des mouvements musculaires est réelle quoique moins dérée, turgescence générale avec rougeur, langue blanche et humide, oppression de poitrine, peau halitueuse, urine rare, rouge, ardente, ventre paréssieux, continuité des symptômes sans rémission apparente.» — Sed non possumus quin observemus, hance descriptionem minime de omnibus casibus valere, magnamque dari differentiam utrum morbus hominem afficiat robustum, plethoricum, in vitae flore, an vero mulierem debilem, teneram, nervosam, aetate proiectam, egestate et adversa fortuna afflictam, qualis erat aegra nostra.

In tali rerum conditione igitur ab omni parte necesse erat exspectare ulteriore morbi decursum; prescribebatur simplex julapium, medicamentum a multis magnis celebratum encomiis in febris nervosis, typhosis et putridis, a multis aliis autem in typho praescriptum tamquam remedium modo exspectatum. Inter Aceti Vini in typho administrandi fautores in primis pertinet nostras<sup>1)</sup> c. n. à ROY sic verba faciens: «De azijn is in Typhus dubbel nuttig,

---

1) Verhandeling over de werking van den Azijn in de Typhus, door C. N. à ROY, 1817.

« vooreerst omdat hij verkoelt, en de uitwaseming be-  
 « vordert; en ten anderen, omdat hij door zijne za-  
 « mentrekende kracht, de overmaat van de anti-  
 « phlogosis, gelijk HUFELAND zich uitdrukt, matigt,  
 « en daardoor de schadelijke uitwerking van eene  
 « al te strenge antiphlogistische geneeswijze voor-  
 « komt, en in de ware Typhus van het grootste be-  
 « lang is. Wij zijn derhalve van gevoelen, dat  
 « de azijn in de Typhus zijne heilzame werking doet,  
 « door de ontsteking tegen te gaan, en niet door  
 « het rollingsproces te verbeteren, hoewel wij er ver-  
 « van af zijn, om dit vermogen aan den azijn te be-  
 « twisten." Non solum in primo stadio hocce me-  
 dicamentum commendat auctor, sed etiam in altero,  
 nervoso scil.

Non minus<sup>1)</sup>) RICHTER utilitatem Aceti Vini urget,  
 dicens: « In kleinen Gaben, afficirt sie die Verdau-  
 « ung auf keine Weise nachtheilig, befördert selbst  
 « die der animalischen Stoffe, wirkt überhaupt auf  
 « den Darmkanal kühlend, daher den Durst löschen,  
 « pflanzt diesen Eindrück einigermassen auch auf  
 « das übrige Gefässsystem fort, vermindert dadurch

---

1) Ausführliche Arzneimittellehre, IV. Band. S. 117. Berlin, 1829.

« die allzugrösse , zumal von einer anomalen Einwirkung des Nervensystems abhängende Erregbarkeit desselben, beseitigt Wallungen, Congestionen, z.B. dadurch bedingt werdende Kopfschmerzen. » Hinc etiam plerique medici practici in eo consentiunt, quod in typho nascenti methodo exspectativae modo est obsequendum, atque lubenter<sup>1)</sup> Clarissimi C.PRUYS VAN DER HOEVEN verba nostra facimus, dicentis: « nihil magis prodesse in hoc febrium (nervosorum scilicet) genere , quam mite ac lene genus medicinae, julapium refrigerans ex Aceto Vini, multa aqua dilutum, aut Elixerio acido HALLERI ».

Priusquam de cura postera agimus, primum in memoriam revocare volumus, qualis morbi fuerit decursus.

Die 11 m. Maji, post meridiem febris accessus per totam noctem protractus; mane sudores modici.

Die 12 m. Maji, matutino tempore, pulsus parum acceleratus, nec tamen apyrexia, vespere, hora sexta, febris cum symptomatibus nervosis. Hoc igitur tempore nondum certo effici potuit, utrum revera ades-

---

1) C. PRUYS V. D. HOEVEN, de Arte Medica, Lib. I. Pars II.  
Lugd. Bat. 1838. pag. 198.

set febris intermittens; imo haud improbabile erat febrem adesse continuam, quae matutino tempore notabilem habuerat remissionem.

Die 13 m. Maji, postquam mulier per totam noctem febrem passa esset, symptomatibus nervosis stipatam, mane pulsus admodum frequens adhuc erat et parvus. Sudores non erumpunt, sed versus vesperam, pulsus frequentia multum imminuitur, febris pauca tantum adest sine ulla symptomatibus nervosis.

Ratio quare hoc die ad alvi depositionem promovendam, oleum Ricini administravimus, in eo erat posita, quod materiem faeculentam mobiliorem reddere cupiebamus, intestinis lubrificandis eorumque motibus peristalticis provocandis, cui utriusque indicationi satisfaciendi caussa aliud nullum catharticum tutius dari posse nobis videbatur.

Quod attinet ad primarum viarum tam cito factam purgationem, monendum est experientiam tam saepe docuisse, alvum tardiorum et obstipatam semper in morbis nervosis delirium exasperare, dum alvo liquidiore et frequentiori hoc non solum sedatur, sed etiam catharticum magis minusque revellendo prodesse.

Die 14 m. Maji, mane adhuc febris pauca, aegra debilissima est; post meridiem, eodem fere tempore,

quo duodecimo febris symptomata intensae cum delirio, caeteris.

Die 15 m. Maji, mane febris adhuc perstat, versus vesperam desinit, ita ut tum pulsus, debilis licet et parvus, parumper modo acceleratus sit.

Nunc primum certitudo nobis facta est febrem adesse intermittentem, quae initio quotidiana, qnum scil. undecimo et duodecimo die m. Maji accessus adfuerit, deinde tertiana facta est, ita ut tertius paroxysmus non ante decimum quartum diem apparuerit.

Die 16 m. Maji, hora antemeridiana undecima vulgaris non vehemens febris intermittentis paroxysmus, decursum servans regularem, vespere fere peractus.

Vires aegrae labentes jam cito postulabant administrationem decocti albi Sydenhami, cui ex eodem consilio ac ante Acetum Vini addebatur.

Sed jam brevi curam validiorern instituere coacti sumus, quurn aegra ultimo febris paroxysmo adeo esset debilitata, ut metus nobis esset, ne sequenti accessui succumberet; Sulphatis Chinini igitur administratio omnino necessaria erat. Quod hancce necessitatcm attinet, apud <sup>1)</sup> ALIBERTIUM, LAUTTERI

---

1) I. I. pag. 104.

sententiam referentem, legimus : « si ces fièvres (intermittentes) après s'être déclarées avec peu d'intensité dans le commencement de leur invasion, manifestent à leur troisième, quatrième ou cinquième paroxysme, un symptôme grave et inaccoutumé, comme, par exemple, un coma très-profound, des vomissements, des défaiances, ou une diarrhée opiniâtre, une *prostration* considérable du système des forces, etc. soit que ces symptômes disparaissent avec chaque paroxysme de fièvre, soit qu'il persiste dans l'intermission, soit que l'urine charrie un peu plus ou un peu moins de sédiment, soit qu'il règne ou qu'il ne règne pas d'épidémie de ces fièvres, il ne faut pas balancer et donner sur-le-champ le quinquina; un plus long retard serait nuisible. »

Aegrae autem conditio die decimo quinto mensis Maji talis erat, ut non ausi simus acquiescere in administratione solius Sulphatis Chinini, eique medicamentum quoddam excitans jungi necesse habuerimus, ut scilicet collapsum universalem praecaveremus, dum in praesenti rerum conditione nullum aliud medicamentum magis indicatum nobis videbatur quam Camphora, de ejus in typho usu

1) CL. BISCHOFF sequentia monet: « Den Campher wen-  
 « dete ich , wo sich die Haut und Zunge trocken , die  
 « Muskelkraft daniederliegend , der Puls geschwind ,  
 « klein, nicht härtlich, leicht zusammendrückbar fand,  
 « wo kein Turgor im Gesicht , kein gerötheten Augen ,  
 « und bey Deliriën kein Zeichen von Congestionen  
 « nach Kopf oder Brust zugegen waren. » Caeterum  
 2) PINEL etiam in similibus casibus simili ratione, qua-  
 nos, egit, uti patet ex verbis sequentibus: « Il importe  
 « aussi de considérer que l'emploi du quinquina a be-  
 « soin , dans certains cas , d'être soutenu par quel-  
 « ques moyens auxiliaires. Qu'un médecin, par exem-  
 « ple , soit appelé pendant un accès de fièvre  
 « intermittente porté au plus haut degré d'intensité;  
 « que le malade offre un aspect cadavréux; que  
 « le pouls soit presque éteint , et la prostration des  
 « forces à un degré extrême , on devra recourir  
 « aux stimulans et aux cordiaux. »

Camphorae effectus salutares , uti ex morbi his-  
 toria docemur , brevi apparuerunt , atque etiam Sul-

1) Beobachtungen über den Typhus und die Nervenfieber u.  
 s. w. Prag. 1814. p. 41.  
 2) l. c. pag. 273.

phas Chinini utilem sese probavit, quamquam non valuit sequentem paroxysmum penitus praecavere. Post usum enim quatuordecim hujus granorum novus paroxysmus exsurrexit, multo maturius quam praecedentes, non vehemens tamen et decursus regularis; notatu dignum profecto est Sulphatem Chinini hoc in casu symptomata insolita quidem praecavere valuisse, nec tamen totum morbum tollere.

Atque nunc perspicuum fieri debuisset, utrum praeter febrem intermittentem revera adfuerit febris typhoidea; videamus num ulterior morbi decursus huic opinioni faveat, nec ne. Febris paroxysmo, die decimo sexto m. Maji, praeterito, sequenti die aegra satis bene sese sentit, nusquam dolore vexatur, eute modice calente, pulsu molli, nonaginta per horae minutam ictuum, vespere fere ad frequentiam normalem redeunte. Post duos dies videbatur noctu levis febris paroxysmus rediisse, sed ab hinc inde tempore aegra febre vacua mansit viresque satis cito recuperavit. Notandum est urinam, quoties eam post febris paroxysmos missam vidimus, profunde quidem fuisse coloratam, minime tamen sedimento praeditam, dum tantum mane diei decimi octavi m. Maji sedimentum lateritium exiguum adfuit.

An nunc hoc argumentum est morbum non fuisse febrem intermittentem?

An semper necessarium est post solutum paroxysmum sedimentum inveniri in urina? Profecto non; scimus enim ex pluribus auctoribus sedimentum illud post febris paroxysmos regulares haud raro desiderari, in casibus autem a norma recedentibus signum esse adhuc multo minus constans.

Ex sedimento igitur deficiente, non jure deduci potest, hic non adfuisse febrem intermittentem; et contra e morbi decursu ulteriori plena certitudine sequi credimus, non solum typhum simplicem non adfuisse, sed etiam non typhum cum febre intermitente complicatum; nostroque igitur casui nomen febris intermittentis typhoideae jure tribui posse.

Quamquam observationes docuerunt febres intermitentes periculosas, symptomatibus adventitiis stipatas, in genere typum servare tertianum, hoc tamen non constanter fit; praeter alios enim <sup>1)</sup> MADUI, <sup>2)</sup> MORTON, <sup>3)</sup> CHARLES LEPois mentionem faciunt, primus de febre

1) Abhandlung der Wechselseibern. p. 137.

2) Pyretologia. Cap. IX. Hist. 26.

3) CHARLES LEPois, de morbis a serosa colluvie. Obs. 174.

intermittente syncopali, alter et tertius de febre perniciosa, soporosa, decursum servante febris quotidianae.

Nostro in casu typus primum quotidianus, quum undecimo et duodecimo die m. Maji paroxysmus adfuerat, mutabatur in typum tertianum, quem postea morbus etiam tenebat. Post admonitionem, decem dies post febrem sublatam, sequentibus lamen diebus non redeuntem, prudentiae caussâ duodecim grana Sulphatis Chinini iterum praescripsimus, ut futurae recidivae praecaverentur, quod uti vidimus bono cum eventu factum est.

Hic finem dissertationi imponere possemus, nisi pauca adhuc dicenda nobis superessent circa easum ultimum relatum, de cura scilicet typhi in genere et in primis de Sulphatis Chinini in eodem morbo usu.

Dum multi, vel et plerique medicorum statuunt, typhum morbum esse, decursum suum constantem habentem, igiturque nullis medicaminibus retinendum, atque credunt, quamdiu nondum adsunt symptomata urgentia tamiliu in curatione methodum exspectativam esse sequendam; hisce autem imminentibus, vel jam revera praesentibus, medicamina opportuna esse opponenda; omnem complicationem, quantum

fieri potest, esse tollendam, ipsum tamen morbum tolli non posse; dum igitur in administratione medicaminum valde simplicium, inter quae acida mineralia, Acetum Vini, Chlorium primas tenent partes, conquiescent, alii in hocce morbo curando principia prorsus opposita applicari volunt. BROUSSAIS eumque secutus BOUILLAUD, qui ubique et semper inflammationem adesse supponunt, atque in sanguinis detractione sive topica sive universali salutem quaerunt, hac etiam utuntur in typho, atque hic etiam venaesectiones illas, brevibus intervallis interpositis repetitas (saignées coup sur coup), instituunt; nec pauci, si judicium ferri liceret ex numero mortuorum, hujus curandi methodi fuerunt victimae.

Sed non soli duo medici allati venaesctionum fuerunt laudatores, alii etiam iis usi sunt, minori licet plerumque copia, et certum est ab altera parte, eos, qui sanguinis detractionum in typho utilitatem prorsus negant, nimios esse; topicae saepe indicatae sunt, sed universales etiam necessariae fieri possunt; atque jure igitur ait<sup>1)</sup> CANSTATT: «Ich bin

---

1) C. CANSTATT, Handbuch der Med. Klinik. Th. II. p. 576.

«jedoch weit entfernt, hiemit etwa ein absolutes Ver-  
 «dammumgsurtheil über die Zulässigkeit von Blutent-  
 «ziehungen, selbst Aderlässen, im Abdominalty-  
 «phus aussprechen zu wollen. Für keine epidemische  
 «Krankheit lassen sich in dieser Beziehung allge-  
 «mein giltige unwandelbare Gesetze aufstellen, und  
 «es kann Epidemien von Abdominaltyphus ge-  
 «ben, in welchen besonders die Reaction des ersten  
 «Stadiums nicht bloss die Anwendung des Ader-  
 «lasses zulässt, sondern selbst dringend erheischt,  
 «wenn nicht das nachfolgende typhöse Stadium  
 «weit intensiver und gefährlicher sich gestalten soll.  
 «In anderen Fällen werden auch geringe Blutent-  
 «ziehungen so wenig ertragen, dass sie rasch Collap-  
 «sus nach sich ziehen. Eine allgemein giltige For-  
 «mel ist also nirgends zulässig und nur der richtige  
 «practische Tact entscheidet in letzter Instanz.»

Nimis diu autem nos retineret, si hic de omnibus  
 vel imo de praecipuis tantum medicaminibus, quo-  
 rum in typho usum nunc magnis laudibus extule-  
 runt, nunc vero prorsus rejecerunt, verba facere  
 vellemus; atque malimus transire ad scopum pro-  
 prie propositum, nempe ad usum Sulphatis Chinini  
 in typho.

Quaenam est actio Sulphatis Chinini in typho?  
 An morbum tollere vel breviorem reddere valet?  
 Ad hanc quaestionem admodum varie responderunt,  
 aliis enim responsum ferentibus prorsus affirmans,  
 aliis e contra sese Sulphatatem Chinini in iis tantum  
 easibus bono cum eventu administrasse testantibus,  
 in quibus morbus charactere intermittente indutus  
 erat. Multi ejus usum reprobant tamquam nocivum;  
 alii morbi vehementiam frangi eo volunt, non vero  
 ipsum morbum tolli posse credunt. Unde haec sen-  
 tentiarum diversitas?

In Italia praesertim Chininum multis placuit;  
 sic inter alios<sup>1)</sup> CENNI narrat de typho epidemicō  
 per annum 1841 in regionibus paludosis prope op-  
 pidum Bagnacavallo grassante, in quo Chininum  
 optimo cum successu administratum esset, non semper  
 solum tamen, sed aliis saepe remediis junctum. CENNI  
 statuit et typho et febribus intermittentibus unam  
 eamque communem esse caussam, miasma scilicet  
 paludosum, atque igitur non intelligit, quare etiam  
 utriusque cura non eadem esset. Eodem monente,

1) Annal. di Metaxa. Febbr. 1843. Cf. SCHMITT's Jahrb. 1846.  
 N°. XI. p. 162.

quae in typho observatur inflammationis species, sequela esset irritationis nervorum intestinalium miasmate provocatae, remedioque febrifugo tolli posset. Insuper etiam simul cum typho, aegros vidit febribus intermittentibus laborantes numero praetermodo magno.

Dolendum est, CENN<sup>I</sup> in observationibus suis tam parum attendisse ad mutationes pathologicas in intestinis, ejusque ideo argumentationem nisi penitus, tamen maxima pro parte valorem suum amittere. E septuaginta et duohus aegris, septem tantum amisit; proportio haecce autem parum tantum differt ab ea, quae saepe etiam obtinetur per vulgarem curationis methodum exspectativam; neque profecto faustior est, etiamsi verum habeamus in omnibus casibus revera typhum adfuisse, quod nequaquam verisimile est.

Eandem fere sententiam profitetur<sup>1)</sup> JOS. UFFREDUZZI Subiacensis, qui nonnullos casus affert, in quibus contendit sese plurimo cum successu Chinino esse usum, conjuncto tamen cum venaesectionibus his, ter, quater imo repetitis, quamquam auctor statuit

---

Annal. di Metaxa. Febbr. 1845. Cf. SCHMIDT's Jahrbüch. 1846. No. XI. p. 160.

sanguinis detractiones in typho non admodum bene ferri. Accurata symptomatum descriptione suspicium quidem avertere conatur, ac si febrem intermittem aliquando typhum salutasset; obliviscitur tamen penitus, quod dolendum, mentionem facere de mutationibus indagatione anatomico-pathologica inventis; ita ut invitis omnibus allatis argumentis fieri tamen possit revera intercurrisse febres intermitentes. Hoc constat, morbi durationem in genere nequaquam breviorem factam esse, et fere statui posset, in iis casibus, ubi morbus tollebatur, non adfuisse typhum.

In Gallia etiam admodum diversa erat medicorum sententia circa Chinini usum; postquam BROQUA, Academiae Medicinae (Académie de Médecine), quae Lutetiis Parisiorum est, seriem observationum retulit, in quibus admodum faustos ejusdem vidi effectus, experimenta a diversis medieis in Nosocomiis instituta sunt cum eventu valde diverso. Sic inter alios MELIER in opusculo, quod anno 1843 eidem Academiae tradidit, se experimentis probavisse contendit Chinini usum dosibus majoribus in curatione febrium typhoidearum ab omni parte esse dissuadendum, quia fibrinae copia in sanguine eo ad-

huc imminuitur. Scimus enim, ex experimentis ab ANDRAL et GAVARRET institutis, in febribus typhoideis in genere adesse crasin, uti vocant, hypnoticam vel albuminosam, quam sententiam multi etiam inter Germanos anatomico-pathologici amplectuntur, quamquam<sup>1)</sup> ZIMMERMANN opinionem e diametro oppositam profitetur, atque statuit fibrini copiam in initio morbi esse aductam, perque totum morbi decursum non descendere infra copiam normalem, nisi haec cura instituta fuerit imminuta.

<sup>2)</sup> PAUL BOUCHER anno 1843 in Nosocomio St. Antoine dicto, Chininum administrari vidi in viginti tribus gravibus typhi casibus, quorum quinque evenitum habuerunt lethalem, atque credit se sequentes ex observationibus suis ducere posse conclusiones. In genere Sulphas Chinini in typho bene fertur, aliquando tamen nausea oritur, nonnumquam vomitus; remedium non nocet membranae mucosae intestinali; nullam vim habet in exanthema typhosum, neque in sudore, neque in exsudationem in tractu

1) Zur Lebre vom typhösen Process, in Prager Vierteljahrsschr. 1847. Bd. IV. S. 1. seqq.

2) Gazette Médicale de Paris. 1846. No. 16 et 17.

intestinali factam; aliquando Chinini administratio-  
nem sequitur conditionis emendatio, nonnumquam  
tamen temporaria tantum; emendatio haecce ap-  
parens soli conditioni universalis meliori redditae  
tribuenda est; symptomata nervosa sub remedii  
usu gravitate imminuta post cessatam administra-  
tionem redire solent, dum pulsus lentior factus,  
iterum frequentior fit; sub usu Chinini cephalal-  
gia saepe compescitur, quam tamen excipit care-  
bariae sensus. Credit BOUCHER statui posse hancce  
conclusionem: Sulphas Chinini non est remedium  
idoneum ad ipsum typhum debellandum, numquam  
igitur ad applicationem universalem commendari me-  
rebitur; in connubio tamen cum aliis remediiis saepe  
bono de consilio administrari poterit.

<sup>1)</sup> WATTON ex urbe Montpellier, ex quingentis ob-  
servationibus Sulphatis Chinini utilitatem probare co-  
natur; queritur apud plerosque aegros in Nosocomiis  
exceptos jam nimis longum temporis spatium esse  
elapsum, morbiique igitur typum remittentem jam in  
continuum transiisse. In casibus vulgaribus Sulphatis

---

1) Gazette des Hôpitaux. 1844. 77.

Chinini administrationem non necessariam habet, sed uti illi auctores, quos supra commemoravimus, WATTON multo nimis vagus est in typhi definitione statuenda, multosque morbos huic adnumerare videtur, qui hue non pertinent.

<sup>4)</sup> BINARD nolit Chininum omnibus in casibus administrari, sed in iis tantum in quibus morbus charactere intermittente indutus est, quod, ex ejus experientia, in regionibus ubi febres intermitentes grassari solent, frequenter occurrit.

De tempore, quo remedium est administrandum non omnes consentiunt; nonnulli in morbi initio tantum, alii etiam serius. Plures dantur medici, qui typhi curationem, quoties aliqua tantum indicatio adsit incipere soleant ab administratione emeticci cuiusdam vel emeto-cathartici, ut dicunt, deinde tertio vulgo morbi die aut serius etiam Sulphatem Chinini praescribant et denique transeant ad curam vulgarem exspectativam, hocce cum eventu, ut morbus prorsus eandem habeat durationem acsi ab initio inde ex methodo exspectativa esset curatus, atque etiam numerus mortuorum prorsus idem sit.

---

4) Arch. de Médecine milit. Jain. 1848.

Nihilominus tamen persuasum iis est, se Chinino suo morbi impetum fregisse, atque effecisse, ut hic nunc decursum servaverit mitiorem et magis regularem.

Quantis etiamsi laudibus usum Sulphatis Chinini celebrantes, fere omnes tamen suadent remedium in remissionibus esse dandum, idque non administrant, si morbus typo gaudeat mere continuo; sequentia verba, quae apud<sup>1)</sup> PEREIRA legimus, ex nostro iudicio optime indicant, quo usque in febribus acutis Chinino uti possimus: «In the latter stage of continued fever» ait, «when the vital powers are beginning to sink, and when there is no marked and decided symptom of an inflammatory disease of the brain or digestive organs, cinchona or sulphate of quina sometimes proves highly beneficial. If the tongue be dry, as well as furred, and the skin hot and dry, no advantage, but the reverse, can be anticipated from its employments. It is most applicable to the low forms of fever occurring in debilitated constitutions. When ex-

---

1) JONATHAN PEREIRA, M. D. the Elements of Materia Medica and Therapeutics. Vol. II. pag. 1412. London. 1842.

« acerbations or remissions, however indistinct, occur at regular periods, the administration of cinchona is the more likely to be followed by good effects.»

Accurate reputantibus ea quae pro et contra usum Chinini allata sunt, tuto statui posse nobis videtur, in multis casibus in quibus profuerit Sulphas Chinini non adfuisse typhum genuinum, dum in multis aliis vel typhus vel febris typhoidea cum febre intermittente simul aderat.

Hisce in casibus Chininum optimo de consilio exhiberi quis negabit? Si, uti in casu a nobis related, febris intermittens symptomatibus typhosis stipata est, Chininum morbum ex toto tollere valet. Quodsi morbus cum febre intermittente complicatus sit, Chininum complicationem tollet morbique decursus ut plurimum mitior erit. Atque hujusmodi casus non rari erunt ibi, ubi typhus et febris intermittens eodem tempore grassantur, uti in regionibus paludosis saepe fit, utique etiam in epidemia, dicto anno Trajecti ad Rhenum grassante, locum habuit; atque ex talibus casibus ille, qui ex opinione praejudicata Chinini usum defendit, facile ejus salutares effectus in aliis etiam casibus efficiet.

Satis notum est, typho et febribus intermittentibus

eodem tempore grassantibus, saepe complicationes dari; typhum frequenter characterem magis minusve intermittentem, febrem intermittentem e contra characterem induere typhosum; aeque certum igitur etiam neutrum morbum alterum excludere; de eorum nexu autem causali perparum adhuc cognitum est, neque tentare volumus hic sententiam aliquam proponere, sed in omni casu, nobis judicibus, consstat ibi, ubi dubitamus de febris intermittentis praesentia, sive tanquam morbi principalis, sive complicantis tantum, hanc quam citissime esse debellandam, igiturque in priori casu ipsum morbum, in altero morbum complicantem per Sulphatem Chinini esse tollendum.

Caeterum sententiae doctissimi BOUCHER, antea a nobis relatae, adhaerere possumus, et statueremus in typho genuino neque Chininum, neque mercurium dulcem, neque aliud, quodcunque demum, remedium verum esse specificum, et cum<sup>1)</sup> DIETL exclamare: «Bei der Therapie des Typhus gilt noch «immer der Satz: Je weniger desto besser! Viele

---

1) Wiener Zeitung. 1844. No. IX. Prager Vierteljahrsschr.  
1845. Bd. III Analekten. p. 31.

«Typhen sind während des Gebrauchs, keiner ist  
«durch den Gebrauch eines Mittels geheilt worden!  
«Gestehen wir es uns nur offenmüthig, wir haben  
«kein Mittel gegen den Typhus, d. h. wir haben  
«kein Mittel, um die demselben zu Grunde lie-  
«gende albuminöse Kräze zu sistiren, und das be-  
«reits entmischt Blut *vor* dem natürlichen Ablaufe  
«des dyscrasischen Proesses zu seiner Norm zurück  
«zu führen. Wir haben weder ein Mittel um den Aus-  
«bruch der typhösen Dyscrasie zu verhindern; noch  
«eines, um die bereits ausgebrochene Dyscrasie in  
«ihrer Entwicklung zu hemmen, d. h. wir haben  
«weder ein Praeservativ, noch ein Heilmittel gegen  
«den Typhus. Vor allem jedoch muss der Typhus  
«erkannt werden.»

TANTUM.



## T H E S S.

---

### I.

Sanguinis corpuscula in liene destrui videntur  
non formari.

### II.

Cura diaetetica peripneumoniae tutior esse vide-  
tur quam cura stricte antiphlogistica.

## III.

Qui praematufo labore litterario et disciplinarum studio tenellorum puerorum , quorum potius corpora essent exercenda , animos defatigant, eorundem corporum robori irreparabilem fere noxam inferunt.

## IV.

Die hem (den Neger) dus arbeid oplegt , en weet dat hij geen voedsel genoeg erlangt , die geve hem meer voedsel , of eische van hem minder werk.

MULDER.

## V.

Minus recte CANSTATT: « Hält man sich streng an diese Begriffsbestimmungen der Febres comitatae , so muss man meiner Meinung nach in diese Gruppe

auch schon jene sehr gewöhnlichen Fälle aufnehmen, in denen das Fieber von gastrischen oder biliösen Symptomen begleitet wird (Febris intermit-  
tens gastrica sive biliosa).»

## VI.

Von den vorauseilenden Fortschritten der Diagnostik Umgang nehmen zü wollen, weil die unmittelbare Nützanwendungen nicht sogleich in die Augen springt, wäre des Arztes unwürdig, der die Kunst in unverrückbare Marken einzupferchen verschmäht.

ZEHETMAIJER.

## VII.

*Defectus totius nasi melius celatur naso artificiali,  
quam rhinoplastices ope formato.*

## VIII.

Morbi venerei non sunt recentioris originis, etiam antiquiores populi eos cognoverunt.

## IX.

Tempore inter duas menstruationes medium tenente conceptio locum habere nullo modo potest.

## X.

Hat sich einmal die Decidua gebildet und ist das Ei in den Uterus getreten so ist kein fruchtbarer Beischlaf mehr möglich und die in solchen Fällen angenommene Ueberschwangerung ist eine physiologische Unmöglichkeit, weshalb die Annahme eines solchen Vorganges aus der Geburtshülfe und gerichtlichen Medicin zu verbannen ist.

## XL.

Praecipua artis obstetriciae praxis circa exploratio-  
nem versatur.

## XII.

Ik kan derhalve niet ontveinzen, dat ik de ver-  
mindering der slavenbevolking grootendeels geloof  
te moeten toeschrijven aan een ondoelmatig stelsel  
van voeding, hetwelk aanleiding geeft tot eene Phy-  
sische verarming van geslacht, de vooriteeling hin-  
dert, en het leven verkort, vooral wanneer daarbij  
aanhoudende arbeid gevorderd wordt.

LANS.

## XIII.

The entire annihilation of the evil of prostitution  
is an object, which never can be effected otherwise,  
than by a perfect change of the passions and affec-

tions of human mind — a work altogether beyond the power of man.

WILLIAM TAIT.

XIV.

Intoxicatio cum venenis ex vegetabili aut animali regno sumtis semper difficillime detegitur per explorationem chemicam, quando effectus physiologici veneni adhibiti non observati sunt.







